

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gebri Arabis Chimia

Geber

Lugduni Batavorum, 1668

Dealbatio Martis. Cap. XXI

[urn:nbn:de:bsz:31-95581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-95581)

cinus. Jubemus etenim in frustis potius quam in pulvere projici: Quoniam facilius inflammatur pulvis quam frustum: Et ideo facilius evanescit quam frustum, & consumitur prius quam super corpus cadat ignitum: Tollitur autem & aliter rubedo illius, cum tutia videlicet, & dealbatur. Sed quia tutiæ dealbatio non sufficit, ideo solum citrinat, & citrinatio quælibet albedini est affinis. Et est modus hujus, scilicet ut solvatur & calcinetur omne genus tutiæ: deinde vero Venus, & hæc ambæ conjungantur solutiones: Et cum his citrinetur Veneris substantia. Et cum tutia si exercueris, proficuum invenies. Dealbatur vero per sublimatam marchesitam, quemadmodum cum sublimato argento vivo; & est modus idem.

Dealbatio Martis.

CAP. XXI.

Restat ergo & dealbationes Martis ex medicinis sibi propriis creatas narrare: quæ sunt secundum essentiam primi ordinis; secundum quem fusionem non habet rectam. Ideo expedit nos cum medicina fundente illam dealbare. Est igitur omnis medicina Veneris dealbativa & Martis similiter, cum ejusdem ordinis præparatione. Sed fusiva illius specialis est

H 4 arseni-

arsenicum, eujuscunque generis. Cum quocunque igitur dealbatur & funditur, expedit quod cum argento vivo conjugatur & lavetur; quousque omnis impuritas tollatur ab illo & fiat album & fusibile. Aut calefiat cum ignitionis vehementia, & super ipsum ejiciatur arsenicum, & cum fufum fuerit, illum projice in Lunæ quantitatem: Quoniam quando secum unitur, non separatur ab eo per leve artificium. Aut calcinetur & lavetur omnis ex ipso solubilis aluminofitas corruptionis infectionem adducens per modum solutionis jam dictum. Dehinc vero ab illo sublimetur arsenicum mundatum per sublimationem aliquam, & reiteretur multotiens quousque secum tali quod ex illo figatur. Dehinc vero cum solutione litargirii alterna vice imbibatur commiscendo & agitando & affando alterna vice: & ultimo reducendo cum igne, quem docuimus in Jovis reductione à calce sua. Ex hac enim exhibit albus & mundus fusibilis. Aut solum cum arsenico sublimato in calce sua reducatur, & exhibit albus & mundus fusibilis. Sed eandem artificem expedit exhibere cautelam, quemadmodum in Veneris reiteratione sublimationis ab ea arsenici figentis se in illius profundo docuimus. Dealbatur & similiter per marchesitam & tutiam, cum ingenio & industria quæ tibi narravimus. Sed horum

rum

rum dealbatio aut inundatio non est sufficiens.

De medicina Lunam citrinantū.

CAP. XXII.

Prosequentes igitur præmissorum ordinem, medicinam Lunæ substantiam citrinantem in ordine primi generis narremus, cum veritate certa. Et est scilicet medicina quæ eidem in profundo adhæret, & adhærendo colorat; sive per naturam propriam, sive per artificium hujus magisterii. Narremus igitur medicinam quæ ex sua radice innata illi adhæret. Deinde vero artificia per quæ facimus rem cujusque generis adhærere cum ingressione firma. Elicimus autem illam aut ex sulphure, aut ex vivo argento, aut ex amborum commixtione: sed per sulphur diuinitè quidem magis, per argentum vero vivum perfectius. Elicitur autem & similiter per quasdam res minerales inutiles, quæ non sunt hujus generis: quemadmodum est vitriolum & cuperosa, quæ & gumma cupri aut ejusdem stillicidium nuncupatur. Afferamus igitur in proximis modos omnes medicinarum, quæ ex argento vivo consurgunt: Deinde vero quæ ex sulphure aut ex amborum commixtione: Ultimo vero & quæ ex gumma cupri aut similibus. Est igitur

H 5 modis